

1751. 6<sup>to</sup> martij.

Commissio data Priori domus  
Bruxellarum Vis<sup>is</sup> Provinciae  
Sextoniae, ut ascendens ad Cap.  
Visitator cum Socio Priore  
In Noviomni quae sedes est Vis<sup>is</sup>

---

1753

Per eandem formulam Priori D<sup>ni</sup> Trisulti  
Commissa fuit visitatio domorum  
Papiae et Vallis Bisij quae sunt domus  
Visitatorum Provinciae Lombardiae

Fr. Michael H. in chr. P. D. Antonio De Backer Priori d. Bruxellarum  
Visitatori Provc Teutonice, et Priori in socium assumendo salutem

Sicut qui emittit fontes in convallibus, et intermedium montium  
pertransire aquas facit, sollicitus est ipsos montes rigare de superioribus  
suis, sic iis quibus incumbit aliis dom<sup>ibus</sup> per visitationis pluviam rorem  
subministrare, convenit ut de eodem beneficio nos de irrigatione provideamus  
Attendentes itaque domum Noviom<sup>i</sup> que d. Vis. sedes est, à pluribus  
jam annis hujusmodi beneficio ditatam non fuisse, ne tam salutari  
irrotatione ~~ditata~~ destituta remaneat, tenore presentium, nostraque  
ac capti glis authoritate super annum in nos transfusa, vobis  
mandamus ut in ascensu ad dictam cap. glē prefatam d. Noviom<sup>i</sup>  
visitetis ad formam Statuti; eandem quo ad hoc vobis impertientes  
authoritatem que visitatoribus ordinariis jure Statutorum competit, in  
noe Patris et filij et Spiritus St<sup>i</sup> amen. hoc autem manus opus  
ea diligentia et sedulitate satagite adimplere, quatenus dormientes, si qui sint,  
excitetis ut surgant, tardos stimuletis ut currant, et lassos releveris ne  
deficiant, sicque fructuosus fiat labor vester ipso benediciente à quo  
opulentum vobis apprecamus auxilium. Datum Cartusie sub syngrapho  
et sigillo consuetis die 6<sup>a</sup> martij 1751.